


Vado mori medicus medicamine non redimendus. Vado mori nō me retinet viciosa voluptas
Quicquid agat medici pocio vado mori. Nec luxus auget vivere vado mori



O felix mortale gerus si semper haberet. Eternū pre mente deum finemqz timeret.

Mors

O medice quid dicit Urna
Respicite quid sit emendandum
Vos sciuntis iam in medicina
Satis enim ad precipientum
Tunc eratis vos ad succurrandum
Sed nunc estis pauper et modicus
Parum sciens ad vos met curandum
Qui se sanat est bonus medicus

Medicus

Artem dum cognoui phisice
Quam studui meis temporibus
Ultra scire contendens practice
Subueniens multis languoribus
Nunc crucior mortis terroribus
Herba radix nulla modo digna
Lebo cunctis medicaminibus
Contra mortem nulla medicina

Mors

Dulcis amans placens et hylaris
Vestri vultus comparans valorem
Hic est passus vobis singularis
Captus estis per mortis dolorem
Huius mundi sinetis languorem
Si tulistis vobis stulticiam
Faciei mors fugat fulgorem
Decorate forme fallaciam

Amans

Heu proth dolor nullus est securus
Contra mortem: nil valent amores
Nimis breuis iuuentus est cursus
Capelli nunc valeant et flores
Nunc amantes puelle dulcores
Lupientes vestra lasciuia
Mis sit memor: nam vident maiores
Sepe cadunt pro parua pluvia.